

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1216

Auteur(s) : Thomas, fils de Guillaume Néel [clerc]

Bénéficiaire(s) : Raoul de Magny, Bayeux (chantre)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1254, septembre

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Le clerc Thomas, fils de Guillaume Néel, vend, pour 15 livres tournois, et garantit au même Raoul de Magny une rente annuelle de 25 sous tournois sur un masuage à Bayeux.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiæ Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CCCCXXVIII, t. 2, p. 159-160.

Texte établi d'après a

Sciant omnes præsentes et futuri quod ego Thomas, filius Guillelmi Neel defuncti, clericus, vendidi et concessi viro venerabili et discreto Radulfo de Magnie in Vulcassino, cantori ecclesiæ Baiocensis, pro quindecim libris Turonensibus quas habui ab eo et recepi, totam portionem meam integre, quæ me contingebat et contingere poterat et debebat, in omnibus, de quodam masuagio sito in taneria Baiocensi, inter masuagium quod fuit Exuperii filii Gervasii, ex una parte, et masuagium Leodegarii Neel, fratriis mei, ex altera : videlicet, viginti quinque solidos Turonenses annui redditus quos percipiebam et debebam percipere in dicto masuagio annuatim, videlicet duodecim solidos et sex denarios Turonenses ad Nativitatem beati Johannis Baptiste, et duodecim solidos et sex denarios Turonenses ad Natale Domini, et omne jus dominicum quod habebam et habere poteram in prædicto masuagio, tam in redditu et hommagio quam in omnibus rebus alis : tali modo quod ego, et hæredes mei, non poterimus de cetero aliquid in dicto masuagio reclamare quin dictus Radulfus, et hæredes sui, seu illi quibuscumque vendere, dare, vel elemosinare voluerit, percipient et habeant dictum redditum ad terminos nominatos, et possideant omne jus dominicum quod habebam in dicto masuagio, et possint in eodem, absque contradictione aliqua, suam justiciam exercere. Et ego prædictus Thomas, et hæredes mei, tenemur dicto Radulfo, et hæredes (sic) suis, seu quibuscumque voluerit vendere, dare, seu elemosinare, dictam venditionem et concessionem garantizare et defendere contra omnes, et excambiare, si opus fuerit, ad valorem. Et ut hoc firmum et stabile teneatur, præsentem cartam sigilli mei testimonio confirmavi. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, mense septembribus.